

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

*Etiam incesserunt nudipedes.*

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

276 De CALCEIS HEBRAOR.  
ticis notatum contra Johannem  
Braunium ostenditur.

I.

**A** Pud Hebræos olim varia fue-  
runt humilis animi coram  
Deo & abjecti signa. Indicebant  
jejunii dies. In iis jacebant in sac-  
co & cinere, & squalidi obam-  
bulabant. Ita Achabus scidit ve-  
x. Reg. 21.  
27.  
stes suas, & sacco corpus suum ope-  
ruit, & jejunavit. Ipse Rex Ni-  
nive, cum audivisset imminens  
exitium quod minabatur Jonas,  
Ion. 3.6.9. non tantum ipse vestes regias depo-  
suit, & induit se sacco, & sedet in  
cinere, verum etiam edicto sanxit,  
ut & homines & jumenta saccis ope-  
rarentur, & nec homines, nec jumen-  
ta, nec boves, nec oves, quidquam  
gustarent, aut pascerent aut aquam  
biberent.

II. Hebræos etiam olim inces-  
sisse discalceatos ut coram Deo  
humilem & abjectum animum  
ostenderent, ex Achabi exemplo  
colligi posset, si vera foret mul-  
torum interpretum sententia qui  
vocem ~~ex~~ vertunt *discalceatum* Ita  
habent

habent Chaldæus, Syrus & Arabs,  
cum quibus facit R. Salomon  
Jarchi, & vir suo seculo Hebraicè  
doctissimus Sebastianus Munsterus,  
quomodo hunc locum etiam acce-  
pit Flavius Josephus, qui *Ιωνος Ioseph.*  
*της ποσὶ δηγεν νυδις περιβοις ινεσθι*, Antig jud.  
de Achabo dixit. Sed vocem *υν.* l. 8. c. 7.  
nunquam pro *discalceato* poni, sed  
in Hebræorum lingua non aliud  
significare, quam *leniter, sensim,*  
*pedetentim*, inter alios optime do-  
cuerunt viri magni Samuel Bochar-  
tus, & Johannes Coccejus, quam  
notionem complures interpretes  
agnoscunt. Neque vanum est  
quod conjectit Samuel Bochartus  
fortasse ab illo *υν.* at, quod pro-  
prie gressus tarditatem & lentitu-  
dinem sonat, *νην αττα*, primo Pu-  
nicè. deinde etiam Latine dictum  
esse, qui propter crurum vitium  
non nisi lente incedit: Festus:  
*Attæ appellantur, qui propter vitium*  
*crurum aut (forte haud) pedem plan-*  
*tis infistunt, & attingunt magis*  
*terram, quam ambulant, quod cog-*  
*nomen Quintio Poëtæ adhæsi. Glos-*  
*sæ. ο τοῖς πεσίν δέχομενοι κατα-*  
*ται. Quare cum *υν.* in Hebræo-*

Bohart.  
Hieros. p. II  
pag. 600.  
Coecej.

Lex. Hebr.